

Reuerendissimi in christo patris et domini domini Hugonis etc. Cardinalis in postilla super Baruch: Prologus.

Jeremie. xvij. b. Benedictus vir qui confidit in domino: et erit dominus fiducia eius: Et erit tanquam lignum quod transplantat super aquas: quod ad humorem mittit radices suas: et non timebit cum venerit aestus. In hoc primo verbo Benedictus vir notat auctor huius operis. i. Baruch: qui benedictus interpretatur super benedictione dextre non sinistre: quia multa mala sustinuit in mundo: postea multa bona habuit: et habet modo. An. Hier. xlv. a. dicit: Ut mihi misero quoniam addidit dominus dolorem dolorem meo: Laboravi in gemitu meo: et requiem non inveni. Et sequitur post ista: Quia ecce ego adducam malum super omnem carnem: ait dominus: et dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis ad quecumque prexeris. Vir autem dicitur a vigore vel virore virtutum: Digne enim constantie et audacie fuit: cum volumine scripsit: et sermones domini ex ore hieremie de universis malis que cogitabat dominus facere filijs israel populo iudeorum et hierusalem: et legit cunctis audientibus. Et etiam cum volumen illud scidisset rex ioachim malorum scalpello scribere et peticisset in ignem: iterum scripsit baruch: et additi sunt sermones multo plures quam ante: ut legit Hier. xxxvj. Qua de causa autem et qua intentione scripsit baruch/notat ibi: Qui confidit in domino: Scripsit enim ad consolationem captiuorum qui erant in babilonia: ut confidentiam et spem haberent in domino. Quo loco autem scripsit: notat ibi: Et erit tanquam lignum etc. Fuit enim transplantatus in babilonem a terra sua: que babilonia sita est super aquas/ad litteram: vel super aquas concupiscentie et luxurie: de quibus Apoc. xvij. a. Veni et ostendam tibi statum meretricis magnae: que sedet super aquas multas: cum qua fornicati sunt reges terre: Et in fronte eius nomen scriptum mysterium babilonia magna mater fornicationum et abominationum terre. Finit autem notat per hoc: Quod ad humorem mittit radices. Ad humorem. i. ad gaudium liberationis de captivitate babilonis. Vel ad humorem. i. ad christum: tractando de eius adventu. i. iij. d. Post hec in terris visus est etc. Vel ad humorem. s. conversionem iudeorum et gentium factam per adventum christi: de qua Esa. xlv. b. Rorate celi desuper etc. Ibi habes quod sit auctor huius operis: qua de causa vel intentione scripsit: quo loco: quo fine. Fuit autem baruch notarius hieremie ductus in babilonem cum tribu iuda de egypto: quo cum hieremia et reliqui iuda sunt: mortuo godolia: Hier. xliij. c. Edidit autem ibi duas epistolas. In prima invitavit iudeos relictos in hierusalem ad orationem et sacrificium faciendum pro peccatis suis: unde et ipsi faciebant collectam in babilonia: et simul cum hac epistola miserunt in hierusalem ad thum et holocaustomata emenda: Postmodum ostendit eos pro peccatis suis iuste punitos fuisse: Deinde multa interseruit de adventu domini in carnem: Tandem consolatur eos: affirmans quod dominus cum honore et gloria reducet eos in hierusalem. Secundam epistolam scripsit hieremias conceptivus suis: cuius contentia loco suo dicitur.

Explicit prologus auctoris.

Eiusdem reuerendissimi patris etc. plogi sancti hieronymi in libro Baruch: Expositio.

Iber iste etc. Hieronymus qui hunc librum transtulit sicut et ceteros libros veteris testamenti: plogum loco suo proponit: dicens: a. Liber iste etc. Ubi ostendit hieronymus quod scriptus sit liber iste: cum tamen in hebreo non habeatur: sed tamen in vulgata editione. Dicit ergo: Liber iste qui baruch nomine dicitur notat in hebreo canone non habetur. i. apud hebreos. Stricte dicunt canones viginti duo libri veteris testamenti: ut in principio bibliothecae: large dicunt etiam agiographa. b. Sed tamen in vulgata editione. Vulgata editio dicitur editio Septuaginta: que tempore Hieronymi celebris erat. Quandoque editio vulgata dicitur editio Theodorici. Quisquam quidam editio que inventa fuit in hierusalem: cuius auctor ignoratur: vulgata dicitur. Si autem em vulgus non habet nomen: nec illa aliquid nomen habebat. c. Similis et epistola hieremie: forte illa que sequitur litteras quadruplici alphabeto descriptas: Recordare etc. d. Propter noticiam autem legentium hic scripta sunt. i. ut legentes habeant noticiam eorum que sequuntur in epistola de adventu domini et hinc. Unde bene sequitur: e. Quia multa de christo nouissimis temporibus indicant: ut infra in libro locis suis patebit.

Reuerendissimi in christo patris et domini domini Hugonis etc. Cardinalis: Postilla super Baruch: incipit. Expositio Cap. I.

Haec verba libri etc. Tres sunt partes huius capituli. Primo agit de collectione peccatorum ad mittendum in hierusalem. Secundo est oratio pro principibus sub quibus erant captivi: ibi: Ecce misimus etc. Tertio sequitur oratio pro ipsiis continentibus peccata: ibi: Et pro nobis ipsiis etc. Et nota quod haec dictio: et copulat ad ea que erant in mente prophete: ea que sequuntur. q. d. permixta sunt verba hieremie: Et haec sunt verba libri que scripsit baruch filius nerie etc. in babilonia. Ecce locus. g. In anno quinto et septimo die mensis. Ecce tempus. h. In tempore. i. a tempore: Quocirca fuerunt chaldei hierusalem et succederunt eam igni. Scripsit quidam in hierusalem: vel forte haec eadem ex ore hieremie prophete: ut legit Hier. xlv. a. anno quarto ioachim: et recitavit in babilonia. k. Et legit baruch verba libri huius. i. antequam mitteret librum fratribus oppressis in hierusalem. l. Ad aures iechonie filij ioachim regis iuda. Per ipsum scribi debet ioachim pater: ioachim filius pater. Sed quod legit ad aures eius: cum esset in carcere: ut dicit Hier. vlt. g. ubi etiam dicit quod euilmerodach eduxit ioachim de carcere: et locutus est cum eo bona et exaltauit eum in babilonia. Ad hoc respondeat: quod licet esset in custodia: non tamen erat mutilatus: et licet esset in magna vilitate: honorabatur tamen a suis. Et hac epistola legit ipsi iechoniam eleuare. Vel forte potuit etiam baruch habere accessum ad ipsum in carcere. m. Et ad aures universi populi etc. Quos enim captivi iudei ad videndum librum antequam in hierusalem mitteret conuenerunt. n. Et ad aures potentium filiorum regum. i. nobilium qui erant ibi captiuati. o. Et ad aures pbyterorum: et ad aures populi a minimo usque ad maximum eorum omnium habitantium

omnis habitantiu i babilonia ad flumē sodi: non furdi: vt quidā habēt. i. iuxta illud flumē legit baruch librum istum anteq̄ mitteret in iudeam. Moraliter. A minimo vsq̄ ad maximū rē. Sic omnes debent interesse sermoni & officijs diuinis. Jobel. j. c. Sanctificate ieiuniū: vocate egrum: cōgregate senes & omnes habitatores terrē in domū dei vestri: et clamate ad dominū. Jonē. iij. b. de niniuit: Et vestiti sūt faccis a minore vsq̄ ad maiore. Minores debent venire ad sermonem/ vel ecclesiam propter affluentionē. Unde Zbren. iij. c. Bonum est viro cum potauerit iugum ab adolescentia sua. Sequitur: a Qui iudei scz qui erant in babilonia/ b Audiētes plorabant et ieiunabant/ & orabant in conspectu domini. Sic. iij. Regl. xxiij. c. de iofia auditis verbis legis fuit et scidit vestimenta sua. Quidā autem audiunt verbū dei quasi carmen lyricum. Ezech. xxxij. g. Et sedēt coram te populus meus: & audiunt sermones tuos & non faciūt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos: et auariciam suam sequit̄ cor eorum: & es eis quasi carmen musicum: quod suauit dulciter sono canit̄. Et nota q̄ tria dicit hic: c Plorabant/ contra concupiscentiā oculorum: d Ieiunabant/ contra concupiscentiā carnis: e Orabant/ contra superbiā vitę. De his. j. Job. ij. c. Dime qd̄ est in mūdo/ concupiscentia carnis est & cōcupiscentia oculorū & superbiā vitę: quę nō est ex patre sed ex mūdo ē. Vel sic: c Plorabant/ ppter cōmissa: d Ieiunabant ppter cauenda: e Orabant/ ppter bona adipiscenda. Jobel. ij. c. Couertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio & fletu & in planctu: & scindite corda vestra & non vestimēta vestra rē. f Et collegerūt pecuniā in cōspectu dñi. i. in beneplacito domini: vel in cōspectu collecti ad gloriā domini. Matth. xviij. c. Ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorū. Argumentū est hic: & verum est/ q̄ in angustijs & tribulatiōibus maxime insistentū est operibus misericordię faciendis. g Scdm̄ qd̄ potuit vnūscuiusq̄ manū. ij. Corinth. viij. b. Nunc autē & facto perficite: vt quęadmodū p̄mptus est animus voluntatis: ita sit & pficiendi ex eo qd̄ habetis. Si enim voluntas prompta est: s̄m̄ id quod habet/ accepta est: non s̄m̄ id qd̄ non habet. Et eiusdē. ix. b. Qui parce seminat parce & metet. Et bene post plāctū/ ieiuniū & orationē/ subijcit de collectione pecunię: quia p̄dicta per elemosinā confit/ manū & sanctificant. Unde super Jobel. j. dicit Gregori⁹: Sanctificate ieiuniū per elemosinā. Et super Leuit. xxiij. habetur q̄ octauo die fiebat collecta ad opus templi & ministrorū eius. h Et miserūt in hierusalē ad ioachim filium helchię filij salō sacerdotē & ad reliquos sacerdotes/ et ad omnem populum qui inuenti sunt cum eo in hierusalē cum acciperent vasa templi domini que ablata fuerāt de templo reuocare in terrā iuda/ decima die mensis siban: vasa argentea que fecit sedechias filius iosig rex iuda postea q̄ cepisset nabuchodonosor rex babilonis iechoniam et principes et cunctos potentes et populum terrē ab hierusalē & duxit eos vinctos in babilonē. iij. Regl. xxiij. Vado reuertere. h Et miserunt in hierusalē. Istud respicit illud qd̄ sequit̄: k Reuocare rē. i. ad reuocandū. i. miserūt cogitantes & penes se

Et non habet
in conspectu dñi
B

tractantes de reuocatione & reductione aliquorum vasorum ablatorum a templo. Et hoc fecerunt/ l Decima die mensis siban. Reuocare dico prius/ m Vasa argentea/ in terrā iuda. Vel/ k Reuocare. i. reuocanda esse ostendētes in hierim. De quib⁹ dicit. j. Eldre/ i principio. n Que/ inq̄ vasa/ fecit sedechias rē. b Miserūt inq̄ ad ioachim rē. cū acciperent/ chaldei: et iudei de acceptione et ablatiōe vasorū dolerent. Vel ita: Miserunt cum acciperēt: id est audirēt: vasa templi rē. Alfortē aliqua vasa acceperūt a chaldeis & remisertunt in iudeam. Videt̄ quātū ad litteram istud non esse verum: Et miserunt ad ioachim rē. quia cum hismael interfecit godoliam et eos qui cum eo erant/ cum p̄fect⁹ esset reliquijs israel: fugerūt illę reliquię i egyptū cū mulierib⁹ & parulis: vt dicit d̄iere. xli. et. xliij. xliij. Respondet q̄ tūc aliq̄ remāserūt: Vidētes etiā aliq̄ q̄ fugerāt i egyptū q̄ rex babilonis nō vindicaret mortē godolig/ mlti ex eis redierūt i hierim. p̄ loci sanctitatē: inq̄ s̄ fuerūt aliq̄ sacerdotes: quorū p̄ncipaliorū fuit ioachim hic notat. i Et ad reliq̄s sacerdotes rē. Gal. vi. c. Opemur bonū ad oēs: maxie autē ad domesticos fidei. Zach. viij. c. Misericordiā et miserationes facite vnūscuiusq̄ cū fratre suo. Et ē argumētū: fideles & maiorē eligēdos esse ad recipiēda bona ecclesię/ v̄ oblata ad fabricā & alia pia opera. Unde Ezo. xxxvj. a. multum cōmendat be/seleel anteq̄ cōmittat ei officium recipiēdi donaria. Et apostolus cōmendat q̄s mittit. ij. Corinth. viij. d. Misimus etiā cū eo fratre nostrū: cui⁹ laus ē i etiā gelio p̄ omnes ecclesias: dicit Glo. lucam & barnabam. Item eodem dicit: Misimus autē cum illis & fratrem quē pbauimus in multis sepe sollicitum esse. i. apollo. Sequit̄. o Et dixerunt/ per litteras: p̄ Ecce misimus rē. Secūda pars capituli: in qua horraf eos ad sacrificandū domino p̄ peccatis suis/ si forte ignoscat eis. Dicit ergo: Ecce misimus ad vos pecunias/ de quib⁹ emite holocaustomata & thus: nō varias vestes & sup̄fluas/ nō phaleras/ nō turretes/ sed necessaria officio ecclesię. Matth. xvij. d. Aperto ore e⁹ inuenies statherem vnū: illum sumens/ da p̄ me & pro te. Ibi Glo. Judas cōmunia habebat in localis: sed res pauperū in suos vsus conuertere nefas duxit: id ipsum dans exemplū nobis. q Et facite manaa. i. sacrificiū. Danaa debet eē: vt colligit d̄iere. xvij. d. Ibi: Et ab austro portātes holocaustū & victimā & sacrificiū & thus: & inferent oblationē in domū dñi. Sup̄ illud: Sacrificiū rē. dicit Hieronym⁹ i Glo. Septuaginta ipsū hebraicū posuerunt manaa: qd̄ in nostris codicib⁹ scriptorum negligentia manna legit. Aliqui libri habent/ manna: aliqui magna: Vera littera est manaa. r Et offerite p̄ peccato/ vestro & nostro. s Ad aram dñi dei nostri. Potest etiā p̄ peccato/ esse vna dicitio/ gen. i. sacrificij: sicut dicit Glo. super illum locū. Ps. Holocaustum & pro peccato rē. Ps. 32. t Et orate p̄ vita nabuchodonosor regis babilonis. Argumentū est hic optimū/ q̄ p̄ malis est orandū. j. Timoth. ij. a. Obsecro igit̄ p̄mū omniū fieri obsecratiōes/ orationes/ postulatiōes/ gratiarū actiones p̄ omnib⁹ hominibus: p̄ regibus & omnib⁹ qui in sublimitate cōstituti sunt: vt quietā & tranquillā vitā agant. Et. j. Eldre. vj. b. Orent pro vita regis & filij eius. Et. ij. Dachab. xij. g. v Et p̄ vita balthasar filij ei⁹. Cōtra. Iste balthasar/ nec fuit fili⁹/ nec nepos/ nec pronepos

nepos nec pronepos: vt Daniel. v. i principio: ibi: Balthasar rex: dicit. Glo. Non filius zc. Respondetur q hoc intelligitur de eulmerodach: qui fuit filius nabuchodonosor. De quo dicitur. vlt. g. Et binomius fuit: et dicitur est etiam balthasar. Et quid sit orandum: subiungit: a ¶ Ut sint dies

ipsoꝝ sicut dies celi super terrā: id est regnet in pace super terrā: sicut in celo sunt omnia pacifice. b ¶ Iterum orate: vt det dominus virtutē nobis: z illuminet oculos nꝛos: Oculos. i. mentium ad cognoscendum z intelligendum ea que acciderunt nobis. Et ppter qd: Orate inqꝫ p nabuchodonosor: c ¶ Ut viuamus sub vmbra: id est sub protectione nabuchodonosor regis babilonis. Simile: Threnoz. iij. d. In vmbra tua viuemus in gentibus. d ¶ Et sub vmbra: i. ptectione balthasar filij eius. e ¶ Et seruiamus eis multis diebus: z inueniamus gratiam in conspectu eorum. Pro infidelibus z malis principibus orare possumus vt sub eis in pace viuamus: multo magis p catholicis. dicitur. xxx. b. Et querite pacem ciuitatis ad quam transigrare vos feci: z orate pro ea ad dominū: qz i pace illius erit vobis pax. Moraliter. Multi sunt qui hic solum orant z ad hoc laborant vt gratiam inueniant in conspectu principū terrenozum: non timentes illud quod dicit dicitur. xvij. a. Maledictus homo qui confidit in homine: et ponit carnem brachium suum: z a domino recedit cor eius. Tales petunt viuere sub vmbra temporalū: id est sub diuitijs diuitum: que significant per vmbra. Sap. v. b. Transferunt omnia illa tanqꝫ vmbra. Sed notandus est ordo qui sequitur: c ¶ Seruiamus eis multis diebus: z inueniamus gratiam zc. q. d. pmo oportet seruire multis diebus: postea gratiam inuenire. Hoc est contra illos: qui statim in principio seruitijs sui volūt mercedē accipere. Multoties etiam contingit qd alii qui seruiunt multis diebus: z tamē paruam in fine inueniunt gratiam. Et hoc fit dispensatione diuina: vt homo frustratus spe humana: recurrat ad deum. Sequitur: ¶ Et pro nobis ipsis orate ad dominū deum nostrū. Mora q iurat eos vt primo orent pro nabuchodonosor z filijs eius: z postmodū pro se: et sic videtur q ordinem peruertat charitatis. Sed non facit: sed affectum suū ostendit. Uez enim prius faciunt orari pro illis: tamē plus diligunt se. g ¶ Quia peccauimus domino deo nostro: z non est auersus furor ei a nobis: p gna illata nobis: vsqꝫ in hunc diem. b ¶ Et legite librum istum quem misimus ad vos recitari: id est ad recitandum: i ¶ In templo domini: vt omnes audiant qui cōueniunt illuc. k ¶ In die solenni et in die oportuno. Eccl. xx. c. Ex ore fatui reprobabit parabola: non enim dicit illam in tempore suo. Proverb. xv. c.

Moraliter

a vt sint dies ipsoꝝ sicut dies celi super terrā: et vt det dominus virtutē nobis: et illuminet oculos nostros: vt viuamꝫ sub vmbra nabuchodonosor regis babilonis: et seruiamꝫ eis multis diebus: z inueniamꝫ gratiam in conspectu eorum. Et p nobis ipsis orate ad dñm deum nostrū: quā peccauimus domino deo nostro: et non est auersus furor eius a nobis vsqꝫ in hunc diem. Et legite librum istum quem misimus ad vos recitari i templo domini in die solenni: et in die oportuno. Et dicetis: Domino deo nostro iusticia: nobis autē cōfusio faciei nostre: sicut est dies hęc: omni iuda z habitantibꝫ in hierusalē: regibus nostris: et principibꝫ nꝛis z sacerdotibꝫ nostris et pphetis nꝛis z patribus nostris. Peccauimus ante dominū deū nostrū: et non cre-

Et sermo oportunos optimus ē. Eccl. xxij. a. Dufica in lectu importuna narratio. Argumentū est hic q studere possumus in diebꝫ festiuis. Verum est in lege diuina: z cum p deo addiscimus z vtilitate animarū: non pro lucro temporali z fauore populorū: z huiusmodi. ¶ Et dicetis: Domino deo nostro iusticia. i. iusticia. i. iusticia: nobis autē cōfusio faciei nostre. Daniel. ix. b. Tibi em doctorem confusio faciei. n ¶ Sicut est dies hęc. Apophthegma est: scz defectus locutiōis p nimio dolore: z splendū ē manifestat. o ¶ Omni iuda et habitantibus i hierusalē: regibꝫ nostris: z principibus nostris: z sacerdotibus nostris: z pphetis nostris: et patribus nostris. Daniel. ix. b. Nobis confusio faciei: regibꝫ nostris: principibꝫ nꝛis z pꝫ nꝛis q peccauerūt. p ¶ Peccauimus autē dñm deū nostrū: z non credidimus diffidētes in eum: z nō fuimus subiectibiles illi. i. prompti z parati subijci. q ¶ Et non obaudiuimus vocē domini dei nostri: id est nō audiuimꝫ cū magna intentiōe z auditate. Et sumit in bo-

didimus diffidētes in eum: et non fuimus subiectibiles illi: et nō obaudiuimꝫ vocē domini dei nostri: vt ambularemꝫ in mandatis eius q dedit nobis: A diē qua eduxit patres nostros de terra egypti vsqꝫ ad diē hanc eramꝫ incredibiles ad dominū deum nostrū: et dissipati recessimꝫ ne audiremus vocem ipsiꝫ. Et adheserūt nobis multa mala z maledictiones que constituit dominꝫ moysi seruo suo: qui eduxit patres nostros de terra egypti dare nobis terrā fluentē lac et mel: sicut hodierna die. Et nō audiuimus vocē domini dei nostri: fm omnia verba pphetarū quos misit ad nos z ad iudices nostros: et abiimus vnusqꝫ in sensum cordis nostri maligni: operari dijs alienis: faciētes mala ante oculos domini dei nostri.

Propter qd ¶ Ca. II.

no pter modū vstitatū. Daniel. ix. b. Quia recessimꝫ a te: z nō audiuimꝫ vocē domini dei nostri. r ¶ Et ambularemꝫ i mādati ei q dedit nobis: i deserto: ¶ Et die q eduxit patres nostros de tra egypti vsqꝫ ad diē hanc eramꝫ incredibiles ad dominū deū nostrū: z dissipati. i. discussi corde: recessimus ne audiremus vocem ipsius. t ¶ Et adheserunt zc. Hoc respicit illud. i. Sic hodierna die. Et adheserūt nobis multa mala: z maledictiones que constituit dominꝫ moysi seruo suo. Deut. xxvij. et. xxvij. Daniel. ix. c. Stilla vit super nos maledictio et detestatio que scripta est in lege moysi serui dei. v ¶ Qui eduxit patres nostros de terra egypti dare: id est ad dandum: ¶ Nobis terrā fluentem lac z mel. Deut. vj. a. ¶ Sicut hodierna die patet. f. ¶ Et nō audiuimus vocem domini dei nostri fm omnia verba pphetarū quos misit ad nos z ad iudices nostros: z abiimus vnusqꝫ in sensum cordis nostri maligni: operari. i. ad operandum: a ¶ Dijs alienis: id est ad honorem deozum alienozum: faciētes mala ante oculos domini dei nostri. ¶ Expo. Cap. II.

Propter qd zc. Secundū capitulū: vbi pmo post culpam/ pgnam declarat iuste illatam fm statutū legis. Secūdo fit oratio ad deum: vt eos paratos obediēte liberet a captiuitate: ibi: Et nūc domine deus isrl. Tertio allegat templi destructionē: z desolationem populi in terra aliena: vt deum inclinet ad misericordiā: ibi: Respice dñe de domo zc. Dicit ergo: b ¶ Propter qd. i. ppter mala que fecimus.

Al. f. audiuimꝫ

B

A

templam in peccatoribus reedificadum spiritualiter ministratio angelorum: qui sunt deputati ad custodiam nostram. Ps. 79. Respice de celo et vide et visita vineam istam. Esa. lxxij. d. At- tende de celo et vide de habitaculo sancto tuo et solio glorie tue. a. Et inclina aurem tuam. s. clementis: et exaudi nos. b. **A**peri oculos tuos et vide: oculos. s. misericordie per misericordiam subueniendo. Daniel. ix. e. **A**peri oculos tuos et vide desolationem nostram. Qui buccis gestisti te ac si oppressi- onem nostram non videres. Et merito habes de- bes facere: **Q**uia non mortui qui sunt in inferno quorum spiritus accepti est a visceribus suis: dabitur ho- nor et laudis. Iosue. vij. e. Da gloriam deo. **E**t iustificatio- nem confessionis peccati. Ps. 115. Non mortui laudabunt te dñe: neque omnes qui descendunt in infernum. Et alibi. In inferno autem quis confitebitur tibi. Ibi enim non est confessio laudis vel peccati. **E**t mortui peccato: quia non est speciosa laus ore peccatoris: **E**ccl. xv. e. **S**ed anima recte. Ita diximus quod qui mortui sunt non laudabunt te: sed anima que tristis est super magnitudinem ma-

Infirma

Ps. 115. E

Ps. 6.

Ps. 37.

Ps. 37.

Ps. 138.

Ps. 130.

a et inclina aurem tuam et exaudi nos. **A**peri oculos tuos et vide: quia non mortui qui sunt in inferno quorum spiritus acceptus est a visceribus suis: dabitur honorem et iustificatio- nem domino: sed anima que tristis est super magnitudinem mali: et icedit curua et infirmis: et oculi deficientes: et anima esuriens dat tibi gloriam et iusticiam domino: quia non secundum iusticias patrum nostrorum nos fundimus preces et petimus misericordiam ante spec- tum tuum domine deus noster: **S**ed quia misisti iram tuam et furorem tuum super nos sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum: dicens: Sic dicit dominus: Inclinate humerum vestrum et cervicem vestram: et opera facite regi babilonis: et sedebitis in terra quam dedi patribus vestris. **Q**uia si non feceritis nec audieritis vocem domini dei vestri

gnum et portentum israel. Aggel. j. a. Factum est verbum domini in manu aggel. i. i dicitis et operibus que erant signa su- turorum. **D**icens: Sic dicit dominus: Inclinate humerum vestrum et cervicem vestram. **H**oc similiter ha- bet: **D**iere. xxvij. **P** **E**t opera facite regi babilonis

r operari regi babilonis: defe- ctionem viam faciam de civitati- bus iuda et a foris hierusalem: et auferam a vobis vocem iocunditatis et vocem gaudij et vocem sponsi et vocem sponsae: et erit omnis terra sine vestigio ab- inhabitantibus eam. **E**t non audierunt vocem tuam ut opera- rentur regi babilonis: et statuis- ti verba tua que locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum: ut transferrent ossa regum nostrorum: et ossa patrum nostrorum de loco suo. **E**t ecce sunt proiecta in calore solis et in gelu noctis: et mortui sunt in doloribus pessimis: in fame et in gladio et in emulsi- one. **E**t posuisti templum in quo invocatum est nomen tuum in ipso: sicut hec dies: propter iniquitatem domus israel et domus iuda. **E**t fecisti in nobis domine deus noster secundum omnem bonitatem tuam: et secundum omnem misericordiam tuam illam magnam:

et sedebitis in terra quam dedi patribus vestris. **Q**uia si non feceritis nec audieritis vocem domini dei vestri operari: id est ad operandum: regi babilonis. **D**efe- ctionem vestram faciam de civitatibus iuda: et a foris hierusalem: quasi vos omnino auellam inde. **E**t auferam a vobis vocem iocunditatis et vocem gaudij et vocem sponsi et vocem sponsae. **D**iere. vij. g. **Q**uia scire faciam de verbis iuda et de plaris hierusalem: vocem gaudij et vocem iocunditatis et vocem sponsi et vocem sponsae: in desolatione enim erit terra. **D**ie ij. b. **E**ssare faciam omnem gaudium eius: solennitatem eius: neomen- sam eius: sabbatum eius: et omnia festa tempora eius. **E**t erit omnis terra livida: quasi non erit qui habitet. **D**iere. ix. d. **E**t dabo hierusalem in acervos arenae et cubilia draconum: et civitates iuda dabo in desolationem: eo quod non sit habitator. **E**t non audierunt vocem tuam ut operarentur regi babilonis. **V**erba baruch ad dominum. **E**t statuisisti verba tua que locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum. **Q**uia d. que prius per prophetas dixisti: modo contigerunt. **E**t transferrent ossa regum nostrorum: et ossa patrum nostrorum de loco suo. **A**d litteram: electa fuerunt ut haberent gargas sepulchri. **D**iere. vij. a. **E**rgo ossa regum iuda: et ossa principum eius: et ossa sacerdotum: et ossa prophetarum: et ossa eorum qui habitauerunt hierusalem de sepulchris suis. **E**t ecce sunt proiecta in calore solis et in gelu noctis. **E**baldei cupidus et avari animaduertentes quod iudaei cadauera mortuorum suorum preciosis vestibus et gemmis ornarent: exuta de monumentis: et auro et gemmis enudata: ad solem dimittebant. **E**t mortui sunt in doloribus pessimis. **I**n fame et in gladio. **S**ed quia non feceritis nec audieritis vocem domini dei vestri: id est in captivitate euntes. **E**t in emulsi- one: id est in desolationem. **I**n quo invocatum est nomen tuum: quondam ante captivitatem nostram: in ipso. **D**ore hebraico loquitur. **S**icut hec dies: declarat. **I**tem templum esse desolatum. **E**t hoc merito contigit: **S**ed propter iniquitatem domus israel. **S**ed decem tribuum: **E**t domus iuda: duarum tribuum: que hoc nomine censentur. **E**t fecisti in nobis domine deus noster secundum omnem bonitatem tuam: et secundum omnem misericordiam tuam illam magnam. **A**bcuk. ij. a. **C**um iras fueris: misericordie recordaberis. **P**s. 78. **I**ras es

At. t. ben. gnitatem

Marginal notes on the right side of the page, including references to other biblical passages and commentary.

Ps. 59. Ps. Iratus es et misertus es nobis. q. d. omnem tuam voluntate implesti: exponendo nos penitus et tribulationibus. a. **S**icut locutus es in manu pueri tui moysi. Leuit. xxvj. b. Deut. xxvj. c. et. xxvij. b. **I**n die qua precepisti ei scribere legem tuam coram filiis israel: dicens: Si non audieritis vocem meam. i. obedieritis: ut devote audiendo non impleueritis. c. **A**bulatio hęc magna conuertet in misericordiam gentem. **H**ęc est vera littera: et sumpta sunt hęc verba de verbis moysi. Deut. xxvj. et. xxvij. d.

B

Quonia eos dispergā: quia scio quod me non audiet populus: sicut locutus es in manu pueri tui moysi in die qua precepisti ei scribere legem tuam coram filiis israel: dicens: Si non audieritis vocem meam: multitudo hęc magna conuertet in minimam gentem: quod nunc ego eos dispergā: quia scio quod me non audiet populus. **P**opulus est enim dura ceruice. **E**t conuertet ad cor suum in terra captiuitatis sue. **H**oc sepe contingit quod in aduersitatibus requiritur dominus: qui prius in prosperitate non cognoscatur. **D**icit. ij. f. **V**erterunt ad me tergum et non faciem: et in tempore afflictionis sue dicent: surge et libera nos. **D**icit. vij. b. **P**er omne flagellum erudieris hierusalem: alla littera: ubi nos habemus: **E**rudire hierusalem ne forte recedat anima mea a te. **I**deo adam electus est de paradiso: ut penitentiam ageret extra locum delictarum: quasi in terra captiuitatis. **E**t sciens quod ego sum dominus deus eorum. i. per expertam oppressionem intelligit: quia dominus sum potes punire peccantes in me. **E**t in terra captiuitatis sue: et memores erunt nominis mei: qui prius obliti sunt. i. rem nominis mei. i. salutem suam: que designatur in nomine: ad memoriam reuocabunt. **E**t auertent se a dorso suo duro: retrosum incedente ut cancer. **D**icit. vij. e. **F**acti sunt retrosum et non in ante. **E**t pro: id est. **N**on a malignitatibus suis etc. qui peccauerunt in me. q. d. penitentiam agent de peccatis suis: delicta patrum suorum ad memoriam reuocantes. **E**t ideo: reuocabo illos in terram quam iuravi patribus eorum etc. et non minorabuntur: sicut quod dixit moyses Deut. xxvij. a. **E**t statuam illis testamentum alterum: mystice: euangelicum: sempiternum. **D**icit. xxij. c. **E**clum et terra transibunt: sicut abas aut mea non preteribunt. **E**t sum illis in deum: et ipsi erunt mihi in populum: per doctrinam et operationem euangelicam. **C**ongruum enim est ut veritate a chasto veniente: umbra legis cessaret. **D**icit. vij. c. **E**cce ego consummabo super domum israel et super domum iuda testamentum nouum: non sicut quod feci patribus eorum etc. **I**tem **D**icit. xxxj. e. **E**t feriam domum israel et do-

mini iuda sedus nouum: non sicut pactum quod pepigit patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum: ut educerem eos de terra egypti etc. **S**equitur. **S**ed hoc erit pactum quod feriam cum domo israel: post dies istos dicit dominus: dabo legem meam in visceribus eorum: et in corde eorum scribam eam.

Et reuocabo illos in terram quam iuravi patribus eorum: abraam: isaac et iacob: et dominus iurauit eis. **E**t multiplicabo eos: et non minorabuntur. **E**t statuam illis testamentum alterum: ut sim illis in deum et ipsi erunt mihi in populum. **E**t non mouebo amplius populum meum filios israel a terra quam dedi illis. **C**a. III. **N**unc dominus omnipotens deus israel: anima in angustiis et spiritus anxius clamat ad te. **A**udi dominus et miserere: quia deus misericors: et miserere nostrum: quia peccauimus ante te. **Q**uia tu sedes in sempiternum: et nos peribimus in eum: dominus omnipotens deus israel audi nunc orationem mortuorum israel

Et non mouebo amplius populum meum filios israel a terra quam dedi illis. **I**stud adhuc expectat iudei: ad litteram. **S**ed reuera mystice intelligendum est.

Expo Ca. III.

Nunc dominus etc. **H**oc est tertium capitulum: quod diuiditur in quatuor partes. **I**n prima continetur baruch orationem populi pro liberatione a captiuitate quam in precedenti capitulo inchoauit. **I**n secunda commendat sapientiam et prudentiam ostendens quod predicta mala passi sunt iudei: quia veram sapientiam et prudentiam contempserunt: et quis fructus sequatur ex possessione eius: per hoc inuitans

eos ad sapientie studium: **A**udi israel mandata vite. **I**n tertia commendat terram promissam: qua olim habitauerunt iudei: sic inuitans eos ad desiderium redeundi. **P**er hanc mystice: ecclesiam militantem: anagogice vero triumphantem commendans: **I**bi dicitur israel quod magna est domus dei. **I**n quarta parte profete commendatione sapientie ostendit quis fuerit inventor et auctor eius. i. christus: de cuius incarnatione manifeste prophetat: **Q**uis ascendit in celum etc. **D**icit ergo: **E**t nunc domine omnipotens: qui timendus. **D**eus israel: qui amandus. **A**nima in angustiis et spiritus anxius clamat ad te: et ideo facilius exaudiri debet. **P**s. **A**d dominum cum tribularetur clamauit: et exaudivit me. **R**eg. ij. e. **D**imitte illam: anima enim eius in amaritudine est. **R**eg. j. b. **C**um esset anna amaro animo: orauit ad dominum stans largiter. **J**udith. xij. a. **S**tetit iudith ante lectum orans cum lachrymis et labiorum motu in silentio. **E**t **T**ob. ij. a. **I**ngemuit tobias et cepit orare cum lachrymis. **E**t **S**piritus anxius. **E**sa. xxvj. b. **A**nima mea desiderauit te in nocte: sed et spiritu meo in precordis meis: de mane vigilabo ad te. **P**s. **A**nxiatus est in me spiritus meus. **D**aniel. ij. d. **I**n spiritu humilitatis suscipiamur. **J**ong. ij. d. **C**um angustiaret in me anima mea: dominus recordatus sum: ut veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum. **A**udi domine et miserere: quia deus es misericors etc. quia peccauimus. i. dolemus de peccato. **E**t ponit antecedens pro consequente. **A**n te: qui solus saluare potes. **P**s. **T**ibi soli peccauit et malum coram te fecit. **Q**uia tu sedes iudicans et manens in sempiternum. **E**t nos peribimus in eum: in te confidentes. **S**ap. xij. b. **N**on est alius deus quam tu: cui cura est de omnibus: ut ostendas quoniam non iniuste iudicasc iudicium. **V**irtus enim tua iusticie initium est: et ob hoc quod omnium dominus es: omnibus te parcere facis. **S**ap. xij. d. **M**isereris omnium: quia omnia potes: et dissimulas peccata hominum propter penitentiam. **D**omine omnipotens deus israel audi nunc orationem mortuorum israel. **P**ater nostrorum: quibus promissum est te daturum

Ps. 44.

Ps. **M**emores erunt nominis tui domine in omni generatione et generationem. **E**t auertent se a dorso suo duro: retrosum incedente ut cancer. **D**icit. vij. e. **F**acti sunt retrosum et non in ante. **E**t pro: id est. **N**on a malignitatibus suis etc. qui peccauerunt in me. q. d. penitentiam agent de peccatis suis: delicta patrum suorum ad memoriam reuocantes. **E**t ideo: reuocabo illos in terram quam iuravi patribus eorum etc. et non minorabuntur: sicut quod dixit moyses Deut. xxvij. a. **E**t statuam illis testamentum alterum: mystice: euangelicum: sempiternum. **D**icit. xxij. c. **E**clum et terra transibunt: sicut abas aut mea non preteribunt. **E**t sum illis in deum: et ipsi erunt mihi in populum: per doctrinam et operationem euangelicam. **C**ongruum enim est ut veritate a chasto veniente: umbra legis cessaret. **D**icit. vij. c. **E**cce ego consummabo super domum israel et super domum iuda testamentum nouum: non sicut quod feci patribus eorum etc. **I**tem **D**icit. xxxj. e. **E**t feriam domum israel et do-

Ps. 119.

Ps. 142.

Ps. 50.

pmisit te daturu terra fluent lac & mel. Vel moueat te ad pietatem & misericordia de nobis habendam: q: reges & principes nostri: et viri fortes tam miserabiliter coram te mortui sunt in transmigratione. Nam in fide & sanctitate sancti mortui orant pro viujs. Unde. ij. Machab. vlt. c. dicit de onia iude machabeo aparente & dicente: Hic est fratru amator et populi israel: hic est qui multu orat p populo: & vniuersa sancta ciuitate: hieremias ppheta dei: Extendisse autē hieremia dexterā rē. Et Exod.

† Ps. 113.

xxxij. c. Quiescat iracundia tua: Recordare abraam & isaac & iacob seruoꝝ tuozum. Sed contra. In Ps. Non mortui laudabūt te dñe: neq: om̄s qui descendit in infernu. Sed istud de damnatis: illud de saluandis. Qñ nō est exaudita orō diuini in inferno rogāt mitti ad fratres suos: vt dicit Luc. xvi. g. Ql mortuoꝝ p̄tō: & mundo. Esa. xli. d. Noli timere s̄mis iacob q̄ mortui est: ex isrl: ego auxiliatus sū tui dñe dominus & redemptor tuus sanctus israel. a. Et filioꝝ ipsoꝝ / orationē audi / supple. b. Qui peccauerūt ante te: quasi palam: vt ad exemplū alioꝝ alij similia cōmitterent. Un Esa. iij. b. Peccatū suum sicut sodoma p̄dicauerūt: nec abscederunt. c. Et nō audierūt vocem domini dei sui: sicut aspis: quē cauda obturat aurē vnā: & terram altē supponit ne audiat vocem incārantis. d. Et agglutinata sunt: quasi inseparabiliter. e. Nobis mala / culpe et p̄nē. Et est metaplasma / mutatio p̄sonę: de tertia transit ad primā. f. Noli meminisse iniquitatis patrū nostroz. Tob. iij. a. Meminiscaris dñe delicta mea vel parentū meozum. g. Sed memēto manus tuę. i. virtutis tuę. h. Et nō minis tui vt salues nos. Et maxime. i. In tēpore isto dum sic opprimimur. Et hoc merito facere debes: k. Quia tu es dominus deus noster: & laudabim⁹ te domine quia ppter hoc dedisti timorē tuū in cordib⁹ nostris. i. intus in cordib⁹ / non in labijs n̄r. Eccl. xv. b. Beatus homo cui donatū est habere timorē dei. l. Et vt inuocemus nomē tuū. Jobel. ij. g. Et erit: ois qui inuocauerit nomē domini saluus erit. m. Et laudemus te i captiuitate nostra: quasi postq̄ per cōfessionē fuerim⁹ a peccatis nostris purgati / digne prumpemus in laudem nomis tui. Unde sequit: n. Quia cōuertemur rē. Osee. xliij. a. Aufer iniquitatem: et accipe bonum: & reddem⁹ vitulos labioꝝ nostrozū. Et nota ordinē. o. Et inuocemus. i. ad liberationē faciendā: m. Et laudem⁹ / tam liberati: sicut filij israel liberati ab egypto decantauerūt domino: Exo. xv. a. n. Quia cōuertemur ab iniquitate patrū nostroz qui peccauerūt ante te. i. p̄tra te peccato idolatrię. Hier. re. xviij. b. Reuertat vnusquisq̄ a via sua mala: Et p̄pitius ero iniquitati eozū: & peccati eozū nō memorabor ampl⁹. Et Jobel. ij. c. Cōuertimini ad me i toto corde vestro rē. o. Et ecce nos i captiuitate nostra sum⁹ hodie quo nos dispersisti i improperiu. Hoc ideo dicit: quia improperabat eis peccata chaldei: & p̄nas quas ppter mala sua eis inferebant. p. Et in maledictū. Hoc quārū ad increpationes: quas sustinebant a chaldeis. q. Et in peccatū. i. p̄gnā pro peccato. Vel inter peccatoꝝ. Vel ita nos dispersisti ppter qd̄ viles et peccatoꝝ: imo vilissimos nos reputant. r. Scdm̄ om̄s iniquitates patrū nostrozū q̄ discesserunt a te dñe deus noster. Iustū enim fuit vt iuxta men-

surā debiti punirent: iuxta illud Baruch. viij. a. In qua mensura mēsi fueritis / remetiet vobis. s. Audi israel rē. Hoc qd̄ sequit̄ retorquet ad cōmendationē & exaltationē ecclesię. Et ostēdit qd̄ diuitię vel delitię temporales extra ecclesię vnitatem cōgregatę: vanę sūt & transitorię. Cōmendat etiā sapientiam: & inuitat eos ad sapientiā & prudentiā discendā: ostendens contraria quę passi sunt: quia sapientiā addiscere noluerunt vel cōtemplarūt: quātus etiā profectus sequat̄ ex doctrina sapientię. Di-

trū nroz q̄ peccauerūt ante te. Et ecce nos i captiuitate nra sum⁹ hodie q̄ nos dispersisti i improperiu & in maledictū & in peccatū: fm̄ oēs iniquitates patrū nroz q̄ discesserūt a te dñe de⁹ nri. Audi isrl: madata vite: aurib⁹ p̄cipe vt scias prudentiā. Quid est isrl q̄ in fra inimicoꝝ es? Inueterasti i terra aliena: cōinquinatus es cū mortuis. Deputatus es cū descendētib⁹ i infernū: dereliquisti fontē sapiētię.

cit ergo: Audi israel mandata vite: id est ducentia ad vitam. q. d. si ea adimpleuerit viues. Baruch. xij. c. Si vis ad vitam ingredi serua madata. r. Auribus percipe vt scias prudentiam ad cauendum mala. Deut. xij. a. Et nūc israel audi p̄cepta et iudicia q̄ ego doceo te vt facies ea viuas. Et Ps. Auribus percipe qui habitatis orbem. Vel vt scias / per experientiam: quia nihil

B

† Ps. 44.

pdest audire vel scire nisi ea opemur. v. Quid est isrl q̄ in terra inimicoꝝ es: id est chaldeozū: ad litteram. Sic fecerūt filij israel malū in conspectu domini: qui tradidit eos in manu madian septem annis: & oppressi sunt valde: Judic. vi. a. r. Inueterasti: id est viliis & inutilis effectus es / sicut pann⁹ inueterat⁹. Et hoc. y. In fra aliena. Ps. Inueterasti in inferno cū inimicos meos rē. Et Inueterasti in fra aliena. i. mala p̄uersatiōe & regiōe mortis & dissimilitudinis. Luc. xv. c. De filio p̄digo abeūte i regiōnē lōginq̄: et dissimilitudinis: vt dicit Augustin⁹ in p̄mo li. de confes. Terra aliena. i. q̄ a deo alienat: quā alieni inhabitāt. Triplex ē fra. i. interior. i. p̄ria volūtas: fra exterior. i. p̄ria caro: fra lterior. i. frenū substantia. Apoc. viij. d. Et v̄ v̄ habitāb⁹ in fra. s. Coinquinatus es cū mortuis: id est dum potestati alienozum subiect⁹ es: cōinquinat⁹ es ex societate & cōhabitatione chaldeozū: qui sūt imundi: vel fordidus visioꝝ tuozum. Vel Coinquinatus es cum mortuis. i. cum peccatoꝝ. Tangens enim mortuū immūdus est: et qui tetigerit picem inquinabit ab ea: Eccl. xij. a. Esa. liij. d. Recedite recedite: exite inde: pollutum nolite tangere. Numeri. xvj. d. Recedite a tabernaculis hominū impioꝝ: & nolite tangere quę ad eos p̄tinent: ne inuoluamini in peccatis eozū. Hier. re. ij. a. Fugite de medio babilonis. Ps. Cum peruerio peruerteris. Roma. j. d. Qui talia agunt digni sunt morte: non solum qui ea faciunt: sed etiam qui cōsentiant facientibus. a. Deputat⁹ es cū descendētibus in infernū vel lacum. q. d. captiuitas tua reputatur irrecuperabilis & p̄terna: fm̄ captiuitatem illius qui in infernum descendit: vbi nulla est redemptio. Ps. Nō auertas faciem tuam a me: & similis ero descendētibus in lacum. b. Dereliquisti fontē sapiētię. i. deum. Ps. Apud te est fons vite. Hier. ij. c. Duo mala fecit populus meus: De dereliquerunt fontem aque vię: et foderunt sibi cisternas dissipatas quę continere non valent aquas. Eodem. d. Scito & vide: quia malum & amarum est reliquisse te dominū deum tuū. Et bene dicit sapiētię: ex cuius defectu procedit malū. Esa. v. d. Propterea captiuus ductus est populus meus: quia non habuit scientiam. Hier. ij. b. Sacerdotes non dixerūt: vbi est dominus: & tenentes legem nescierūt me: & pastores p̄uaticati sunt in me. rē. Itē recte ait: dereliquisti: quia vt ait Augustin⁹: Peccatū nō est adeptio malay naturay: sed desertio melioꝝ. Nam si tu via

† Ps. 6.

† Ps. 17.

† Ps. 141.

† Ps. 55.

Hiere. 31. f.

